

8. *Qui dicit, hominem esse asinum, is dicit, hominem esse animal:*

Qui dicit hominem esse asinum, falsum dicit:

E. qui dicit hominem esse animal, falsum dicit. vid. pag. 29. 30.

9. *Qui piis parentibus natus est, etiam pius est:*

At tu espiis parentibus natus:

E. es pius.

Resp. utrobiq; simplicè desideratur **conversio**. Possunt tamen hæc exempla etiam ad alias fallacias referri. Plura Exempla vide apud *Jacob Renecium in Artificio Disputandi p. 191. seqq.*

Canon Sophisticus.

Ex omnibus regulis vel perperam citatis, vel etiam mutatis Sophisticè construi potest.

Solutio.

Solutio fit negando consequentiam, vitium indicando, & addendo rationem, cur Propositio converti non possit.

CAPUT